



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

SS. Quiricus & Julitta MM. 16. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

## SS. QUIRICUS &amp; JULITTA MM.

16. Iunii.

**D**atur optio; exempla Christianâ fortitudinis a trienni puero, an feminâ malis petere: hujus sexûs, illius ætas convitium facient ignaviæ tuæ, & detrectas vel desperas sequi hos duces; & audies sanè quod olim Augustinus: *An non quod iste & ista?* Exercebat Tarfi quæstionem de Christianis Alexander. **JULITTA QUIRICUM** filiolum ultrò ad tribunal non duxit, sed tulit, puto ne unicum Abrahæ in hanc rem facinus ostendi generi humano posset. Alexander in disparem prædam non eodem affectu grassatus, matrem atrocissimè, filium blandissimè excepit, haud scias in leoninâ an vulpinâ pelle nequior. Certè **QUIRICUS** illius receptus sinu, appetitus osculis, inescatus promissis, nullum, neque plorandi, neque quiritandi finem fecit; cùm **JULITTA** contrà pendens in equuleo, & taureis conscissa, gemitum nullum ederet, ut propriâ amborum confessione constaret, utrius conditio esset iniquior. Consumptis lacrymis, imbellia etiam arma expeditit triennis heros, & nuper natos dentes tenerosque ungues strinxit in adulatorem suum, luctando effecturus, ne mitior in se, quàm in matrem esset. Et potitus est

voto

382 VITÆ SANCTORUM. 16. Iunii.  
voto suo; Alexander ad tribunalis gradus  
victori animam elisit. Quid mater? nun-  
quam latiore vultu suum pignus aspexit,  
idemque beneficium poposcit, ut quam  
citissime eum assequeretur. Impetra-  
vit: laniata unguis, perfusa pice cervi-  
cem securi subdidit: sed quantumque  
properaret, filius cælum subeunti jam  
coronatus occurrit. *Ex Srr.*

*Non solum effusio sanguinis in confes-  
sione reputatur, sed devota quoque mentis  
servitus immaculata quotidianum Marty-  
rium est. Illa corona de rosis & violis ple-  
ctitur, ista de liliis. S. Hieron. in Epi-  
taph. Paulæ.*

S. LUDGARDIS VIRG. 16. Iunii.

**N**ulla pulchrior virginitate est virtus,  
quæ Deum etiam hominis facit ri-  
valem. Ambierant LUDGARDUS tha-  
lamum complures, nec ignobiles terræ  
filii, & ex his familiarius uni fortè lo-  
quebatur, cum ei sanctior sponsus *Chri-  
stus* pectus suum, & in pectore cor sau-  
cium ostendit, & extra non nihil dein-  
ceps iussit quærere. Inde videlicet hu-  
mana omnia usque adeò illi jam vilef-  
cere, ut præter crucifixi nullos amo-  
res sciret, præsertim ubi ab eiusdem  
vulneris nectare ebria, tota jam ubi ha-  
bitabat, ubi sanctior amor degit. Depo-  
suerat *Dei Mater* apud LUDGARDE  
que-